Fragmentarium

añ. Erat autem. Ad bñ añ. Mitte
in dexteram navigii rethe et inve-
Deus qui nos [illegible]
resurrectionis dominice
annua sollempnitate letifi-
cas concede propicius ut per tempora-
lia festa que agimus perveni-
re ad gaudia eterna mereamur.
Per. Ad hōs diei. v. Gr. Dextera
domini fecit virtutem dextera domini ex-
altavit. Ad magt. añ. Dixit ihesus
discipulis suis afferte de piscibus quos
prendidistis nunc. Ascendit autem
petrus et traxit rethe in terram ple-
num magnum piscibus alla. feria v.
añ ad laudes. Preciose autem ad
bñ. Maria stabat ad monumentum
plorans vidit duos angelos
in albis sedentes et sudarium quod
fuerat super caput eius alla. Oro.
Deus qui diversitatem
gencium in confessione
tui nominis adunasti. da ut re-
natis fonte baptismatis v-
na sit fides mencium et pietas
actionum. Per. Ad hōs v. Gr.
Lapidem quem reprobaverunt edifican-
tes hic factus est in caput anguli
a domino factum est et est mirabile in o.
Ad magt. Ardens est cor meum
desiderio videre dominum meum quero
et non invenio ubi posuerunt eum
all. feria vi ad laudes añ. Videns

autem. Ad bñ. Undecim discipuli
in galylea videntes dominum ado-
raverunt alla alleluia. Oratio
Omnipotens sempiterne deus
qui paschale sacra-
mentum in reconciliacionis
humane federe contulisti da men-
tibus nostris ut quod professio-
ne celebramus imitemur
effectu. Per. Ad hōs diei v. Gr.
Benedictus qui venit in nomine domini
deus dominus et illuxit nobis. Ad magt
añ. Data est michi omnis potestas
in celo et in terra alla. Sabbato ad
bñ añ. Currebant duo simul et
ille alius discipulus precurrit citius
petro et venit prior ad monumentum
Concede quesumus omnipotens [illegible]
deus ut qui festa pas-
chalia venerando egimus
per hec contingere ad gaudia
eterna mereamur. Per dominum
Ad hōs diei. Alla. Hec dies quam
fecit dominus exultemus et letemur in ea. Alla.
Laudate pueri dominum laudate nomen domini
Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc
et usque in seculum. In octava pasche
Ad mat. Ad vēs ant. Alla
Si consurrexistis Capitulum
cum christo que
sursum sunt querite ubi
christus est in dextera dei sedens
que sursum sunt sapite n

3880

3880

Fragm. 687a

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Fragm. 687a, Fragm_687_Farbkeil – Breviarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-bh0h/709/10912)